



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Militium Christi militia perpetua.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

*Militum Christi
militia per-
petua.*

*Hæreticorum
in Bonhomium,
& Canisium
petulantia.*

*Bonhomij de
Canisio testi-
monium.*

*Friburgensium
in eundem ca-
vitam.*

requietem, quam vt cum vno duntaxat comite mitteretur in incertum, ad nouas aliis inter obstantia sedes parandas. Verum tamen Christi militibus non ante vitam stipendia finiuntur: cum consummauerint tunc incipient. Sola mors missionem dat eis. Vnica sedes emeritorum est cælum. Ipsemet deducendum Dei famulum Bonhomius sumpsit. Dum autem Berna oppido Hæretico transeunt, procax Hæreticorum turba pro Catholicis agnitos contumeliosè accepit: qui & per ludibrium in Ocreas Canisij niuem iniecere. Hoc illi auctiores vera gloria Friburgum attigerunt. Hic Bonhomius Canisium Senatui sistit, impenseque commendat: inter cetera Virum ad eos se duxisse commemorans planè dignum, què instar pretiosæ ac sacræ rei haberent, asseruarentque. Haud sanè aliter excepit venerabilem senem, posteaque semper tractauit Senatus, & vniuersa Respublica Friburgensis. Magnificet eam benignitatem, & dilexit Canisius. Itaq; ipsius ac Friburgensium continuo mirè conciliantur inuicè animi, adeoq; deuinciuntur, vt ad extremum vsque pulchro, iucundoq; certamine mutuis semper officiis, caritate, obseruantia, prædicatione

con-